

Velle suum cuiq; est: sic & Tibi; velle quid ipsum,
Libertasque hominis quid sit, Amice, doces
Velle & perficere in studiis det Numen, ab omni
Favittq; ut liber sis maneatq; malo!

ita L. Mq; Praeximio atq; Eruditissimo Dn. Respondenti
Favtori atq; Amico suo honoratissimo gratulatur.

M. Mattias Sebastianus Langius,
Ratisp. SS. Theol. Stud.

Det DEUS velle!

Qvo Te non voto donem, Pars Altera Cordis
Publica dum scandis jam rostra regente JEHOVA,
Deq; hominis parte prima * mentisq; Ministra:
Quae tanquam † Regina suis moderatur habenis
Imperii gravis motus in corde volantes
Differens egregia quae sint conamina mentis
Monstras? Conclamo nil quam FELICITER unum!
Hoc bis, ter, quater ingemino. DEUS adjice Fiat!

* Dicitur voluntas
mentis ministra non
quasi ei obedientia
tristi sit subjecta sed
potius civili quae i-
psius potestatem Re-
giam in quodvis ap-
petibile non tollit

† Dicitur voluntas Regina,
quatenus illa in appetitum
sensitivum iterum habet im-
perium πολιτικὸν in facul-
tatem autem locomotivam
δυναμικὸν

Paucis hisce Pereximio, Praestantissimo atq; E-
ruditissimo Dn. Respondenti Contubernali
atq; Commensali suo summopere honorando
atq; dilectissimo de felicissimis atq; lauda-
tissimis in studiis progressibus ex
animo gratulatur

Joh. Christop. Zellmann / North. Cherusc. Phil. Stud.

Jamjam Pieris pollens virtutibus: atque
Ingénio fulgens & probitate pari
Hos Proceres sequeris musis charissime Müller
Hos audis laudum Castalidumq; DEOS
Quos pietate polus sed Castalis artibus auxit
Famaq; prelogiis vexit ad astra suis.
Perge bonis avibus ceptum semel ausibus auge
Ac inde fesso carpe labore decus
Sic Tibi pro tanto sudore reponet Apollo
Praemia perpetuis perpetuanda metris

Hec Pereximio Dn. Resp. Philos. & SS. Theolog. Cultori per-
strenno Amico ac Sympatriote suo suavissimo Debitae
gratulationis ergo scribebat festinans.

Dietericus Nolbeck Bohnemensis LL. Stud.